



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Exorcistatus, parag. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

2. Ejus materia remota est liber continens Sacras Lectiones, id est, Epistolas, & Prophetias. Proxima est ejusdem libri traditio. Forma. *Accipe, & esto viri Dei relator, habitor, si fideliter, & viriliter officium tuum impleveris, partem cum iis, qui verbum Dei ab initio bene ministraverunt.*

3. Munus ergo Lectoris est legere praeditas Prophetias, & sacras Scripturas, etiam Evangelium, sed extra Missam, nam, in hac, est officium respectivè Subdiaconi, & Diaconi. Item ejusdem Lectoris est munus, Cathucumenis baptizandis fidei rudimenta tradere. Olim panes, & fructus novos Lector benedicebat, minori tamen solemnitate, quam ea, quæ convenit ordinatis in Sacerdotiis, ut notat Galparus Hurtadus, vello. cit. b March. testatur.

de Ord.

tra. 2. p. 3.

cap. 3.

§. IV.

Exorcistatus.

1. **E**ST Ordo Ecclesiasticus conferens potestatem imponendi manus super energumenos, legendique exorcismos, ad Demones fugandos.

2. Materia ejus remota est liber Exorcistarum, Proxima ejusdem libri traditio; Forma. *Accipe, & commenda memoria, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive Cathucumenos.*

3. Ejus ergo officium est manus impone-re super Energumenos, atque exorcistos legere; Olim Exorcista edicebat Populo, ut, qui non communicant, darent locum aliis communicaturis, & aquam qua in ministerio Baptismi futurus erat Baptizans, infundebat, sed hodie haec, ipso non usi, abrogata esse, idem ibidem notat Marchinus.

§. V.

Acolythatus.

1. **E**ST Ordo Ecclesiasticus, quo datur potestas ascendendi lumina, cereumq; accen-sum transfrondi ad altare, & porrigi Subdiacono Urceolos, pro Sacro Ministerio.

2. Materia remota hujus Ordinis est duplex; altera, est candelabrum cum cero extincto, altera, sunt Urceoli vacui. Horum

traditio est materia proxima. Notatque Bonacina e satis esse, si unus Urceolus tangatur ab ordinando: *Forma item duplex est. Altera. Accipe, Ceroferarium cum Cereo, ut, cias, n. 6. ut te ad accendenda Ecclesia lumina mancipari in nomine Domini. Altera. Accipe Urceolos, ad luc. & jugerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi, in nomine Domini.*

3. Circa quæ, triplex est sententia, alii d' Bonacina affirmant Priorum, alii e Posteriorum, alii f Ric. Angl. utramque simul esse materiam, & formam adaequaram hujus Ordinis, & per ipsas imprimi Characterem. Omnes probabiliter.

4. Officium ergo Acolyti est præparate lumina ad Sacrificium, Cereum, ubi est legendum Evangelium, ferre: Diacono, & Subdiacono interire, (nam inde dicitur Acolythus, latinè pedissequus) Aquam, & vinum in Urceolis ministrare, ecclisiæque vino, & aqua plena eidem Subdiacono portigere.

Acolythum immo, & ceteros quocumque Ordine, quamvis Minoris, insignitos, immo & solum Tonsuratos posse licite tangere va-sa sacra, sed in quibus non sit Sanctissima Eucharistia g alibi docuimus.

§. VI.

Aliquot quæstionculæ de initiatis Tonsura, & Minoribus.

A N, H I, C U M I N I T I A N T U F , O B- ligentur Sacram Eucharistiam sumere, & quid de aliis?

T. **P**rima Tonsura, & Minoribus initiati, eo die, quo initiantur, obliganturne, Sacram Communionem suscipere, & per hanc occasionem, quid de aliis in Sa-criis?

2. Respondeo tribus dictis. Dico, Primò, Tonsura, & Minoribus initiatos non obligari. Primò, quia non adeat Textus ad id obligans. Secundò, quia aliqua Rubrica sic forte disponens, nullum indicat præceptum, unde solum continet consilium. Tertiò, Praxis idem persuadet, quando scilicet hi ordines conferuntur à Prandio.

3. Dico, Secundò, idem affirmari debere de Subdiaconatu, & Diaconatu propter duas priores rationes proximè dictas, semper sup-